



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

13. Exemptiones, an amittantur per non usum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

7. num. 25. Cassad. dec. 1. n. 7. de rest. spol. Branden. ad concord. Crmania q. 2. in prin. n. 4. Gonzalez. ad Reg. VIII. Cancell. glo. 67. ubi latissimè.

Q U Æ S T I O XIII.

Exemptiones an amittantur per non usum?

Q U Æ S T I O hæc affinis est præcedenti, quam panormitanus discutiens dicit test in ea fuisse sententias, quot capita, in cap. cum accessissent nu. 6. ubi etiam latissimè Felin. nu. 23. & seqq. de constitu. ubi ceteratim omnes. Paucis, non attinent hic que Doctores variis in locis de privilegio affirmative concepto seu quod in faciendo, consistit attulerunt, censuerunt enim passim illud amitti, cum privilegatus decennio usus non fuit, si illo voluntarie uti potuisset, non autem si ob necessitatem non evenerentem usus non sit ex eo quod occasio utendi se non obtulerit, tunc enim quia nulla negligentia culpa non utenti imputari potest, privilegium non amittitur, etiam si illo ulro hominum memoriam, imo mille annos non sit usus. D. D. l. fin. ubi Paul. numer. 25. de const. princip. Et in l. falso C. de divers. rescript. late Gaill. lib. 2. obser. 60. num. 1. & seqq. Abbas cap. Abbate n. 18. cum Apost. de verb. sig. quod latius prosequi oportet præteritum nunc non duxi, si sit opus, adiri poterunt ipsi fontes, è quibus omnia velut ex cornu copiarum hauriantur. Incidenter autem hic queri potest, cui incumbat probatio usus privilegii? In ea sic distinguit Rota novissima. decis. 67. per rot. par. 2. Aut usus privilegii à privilegiato allegatur, & tunc illius usus præsumitur. Gregent. decis. 79. Aut privilegiatus negat usum privilegii, & tunc privilegii usum alleganti probationis onus incumbit. Achil. decis. 1. de probat.

Q U Æ S T I O XIV.

An amittatur per contrarium actum?

S U M M A R I U M.

1. Immunitas privata persona concessa, amittitur contrario actu.
2. Nisi fiat protestatio.
3. Ex unica solutione redditus agi potest ad sensum reservationem solutionum.
4. Exemptio habens clausulam irritantem nulla contraventione amittitur.
5. Communitas non perdit privilegium nisi longissimo tempore.

Distin-